



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De muliere chananea ca. lxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Euangelica

Omnesque manus manducare dicebat. Quare discipuli tui transgreduntur traditiones seniorum. Et respondit Iesus. Quare vos transgredimini mandata domini propter traditionem vestram. Nam deus dicit. Honora patrem tuum et matrem tuam. Quod non nisi pro reverentia dictum est. Verum etiam pro ne cessariis obsequiis exhibendis. Hi pharisaei impietate sub nomine pietatis docebat. dicentes filios melius facere si deo vero patri vouerit quam parentibus offerenda erant instructes eos quod parentibus egenis responderet. O pater: corban quod est ex me tibi. proderit Corban est munus votuum quod dicitur. Quod vouit deo: vis tibi prodesse. Absit. Et conuocatis ad se turbis ait illis. Non quod intrat in os coinquinat hominem. intellige apud deum. sed quod procedit ex ore. Primum intelligit de ore carnis secundum de ore cordis. Nam et vomitus inquinat hominem. Unde et quodam libri habent. sed quod procedit ex corde. Quare ergo idolochibus et his qui fur tiva sunt et rapta non vescimur pro scandalo vis tando. Libus enim in se mundus est. Et dixerunt ei discipuli. Sed quis pharisaei audito hoc verbo scandalizantur. scilicet non scandalon offendiculum pedis. vel ipsas ruinas dicitur. Et respondit. Sint te illos: ceci sunt et duces cecorum. Non enim a veritate pro scandalo recedendum est.

Quibus non transit in virtute nature.

Capitulum LXXXVIII.

Quinque intrasset

Iesus domum ait petrus. Ediffere nobis pabola ista. Et respondit. Non intelligis quod quod in os intrat vadit in venter: et in secessum emittitur. Nilhil ei de cibis transit in virtute nature quam resur-

get. sed cibis adluta in se tamen crescit et manet. Et subiicit. De corde autem exeunt furta etc. Plato principale anime putauit esse in cerebro. Et rationem traxit in felle. desideria in iecore. sed in extra christi principale anime est in corde. Deus pro coinquinat ponit coiccat in-

tra hebreum idioma. quod commune immundum dicebat. quod cibos communes vocabatur prohibitos in lege quos immundos iudicabat. quod alie gentes communiter illis vesciebantur.

Dicunt heretici dum idiotam fuisse et phisicam ignorasse. quia plures cibi pro artus et venas et medullas et nervos fundunt. quod probat pro eos qui iugem vomitum habent supra cibo et tamen corpulentissimi sunt: sed quilibet humorum purgatio secessio dicitur pro-

De muliere chananea. Cap. LXXXIX.

Virgens inde ie

Iesus abiit in fines tyri et sidonum. Et rogabat eum mulier gentilis chana nea syrophoenissa genere pro filia sua quam malea demonio vexabatur.

Chananei quondam iudea incoluerat sed post dispersi sunt. Et hac dispersione erat mulier ista ex syris et phenicibus orta. Qui dam tamen dicunt tyrophenissa. quod sic phoenissa erat quod tyria sic et dido fuit. hoc nomine indicantes regiones mulierum et patriam. Ie-

Tyrus origine cum uulatu celat. Ante tyrum fuit lapis marmoris us grandis. super quem sedit Iesus. ille scilicet tempore gentium. sed postea a fractis et venetianis mutilatus. supra cuius residuum in honore saluatoris ecclesia constructa est.

sus autem non respondit ei quibus ne sibi parat videre tur quod dixerat. In via gentium ne abieris. pro quod cum incederet discipuli respondit. Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israel. At illa venit et adorauit: et ait. Domine adiuua me. Cui domus non. Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus ad manducandum. Hebraeorum more gentiles canes dicitur. quod edebat sanguinem ut canes. Et est sensus. Veni curare israel pro mogenitum et nondum gentes. Cui illa. Etiam domine. Nam et canes telli edunt de micis quod cadunt de mensa domorum suorum. quod dicitur. Verum est quod dicitis. Fac ergo michi quod sit canibus. modicum panis tui impartire michi. Et Iesus commendans fidem mulieris ait. Fiat tibi sicut vis. et statim sanata est filia eius.

De surdo et muto. Cap. LXXXX.

Iterum exiit de

finitibus tyri et venit ad mare galilee inter medios fines decapoleos. et puenit ad illud locum maris: cuius regione contra posita erat decapolis. et regio decem viciniam circa pellam et gadaram contra galileam. Et adducunt ei surdum et mutum. Et posuit digitos in auriculis eius et ait. Effeta. quod est adapere. Et ad eius imperium adaperse sunt aures eius et soluta est lingua illius.

De probatica piscina.

Capitulum LXXXI.

Ist hoc erat fe

stus dies indeorum. Non determinat